

Symbola ad poetas latinos.

Perscrutanti mihi bibliothecas Italiae¹ et evolventi ubique codices Iuvenalis aut omnes aut antiquiores, spes qua agitatus eram inde aliquem fructum ad veram huius scriptoris imaginem revocandam me eruturum esse, non prorsus ad irritum cecidit, quamvis eventus temporis operaenque absumptae vix respondeat. Nullus codex, quoctumque inspexi, non ad recensionem deteriorem pertinet, licet magna nimirum discrepantia inter singulos exstet. Omnium optimus est, si praetermittis fragmentum Vaticanum saeculi quarti et Laurentianum XXXIV 42, cui subscriptio Nicaei singulare tribuit pretium, inter Vaticanos Urbinas 661 saec. XI². Nullus liber manuscriptus artiore cognitionis vinculo cum genuini Iuvenalis testibus coniunctus est; examines quaeso in satira VII eum exhibentem 8 *umbra* 16 *galli* //a 25 *Componis* (*suprascripto conscribis*) 26 *claude* 83 *cum fecit* 100 *Nullo quippe modo* 106 *prestant* 120 *aut* 123 *ex foedere* 144 *gallus* 146 *producere* 159 *leua parte* 166 *haec aliis ex* 214 *quem (qui m. 2)* 215 *celadi* 218 *acoenonetos* 219 *frangit* 236 *siculis*.

IX 37 verba graeca sic praebet: ΑΥΤΟC ΓΑΡ ΕΦΕΛΚΕΤΑΙ ΑΝΑΠΑ ΚΙΝΑΙΔΟC. V 91 omittitur. Post XIV 2 versus ille spurius *Et quod maiorum uitio sequiturque minores hic non legitur nisi in margine superiore. Sed haec sufficient ad pretium illius libri demonstrandum; paucis locis eundem prae ipso Pithoeano palmam ferre mox videbimus. Deinde quamvis aetate praecedant Palatini 1701, 1703, 1708, Urbinas 342, Vaticani 2810, 3192, 5204, Reginensis 2029, Ambrosianus S. 53 sup. eodem fere aevo exarati, quo Urbinas ille, pretio tamen praecellunt, licet*

¹ Excussi membranas, quae exstant Romae praeter thesauros bibliothecae Chisianae tum clausae, Neapoli, Perusiae, Florentiae, Bononiae, Venetiis, Veronae, Mediolani.

² Hoc iam O. Iahn perspexisse videtur, qui eum inter numerum codicum suorum adscivit.

sint saeculi XV, Ottobonianus 2884, bibliothecae Barberinae codex VIII 18, Angelicae liber signatus T 6, 17. Ex reliquis vix quidquam ad artem criticam factitandam proventurum esse praeter ea, quae infra afferam, mihi persuasi. In omnibus libris deest versus VI 126, neque exstat VIII 7 nisi in Ottob. 1792, qui suo loco eum exhibet, et post v. 5 in Vat. 1574, 1657, quo loco eum tradunt etiam Ottob. 1687, Regin. 2063 et a m. 2 Vatic. 3192 et Angelicae cod. R 4, 34 omnes hi scribentes *Fabricium post-hac eqs.* Post IX 134 nusquam similitudo cum P.

Sed iam adeamus ad proferenda pauca, quibus textum emendari aut quod adhuc dubium erat corroborari puto. XV 75 P tradit: *terga fugat celeri praestan* reliqua antiqui textus parte latente sub eo, quod supplet p: *tibus omnibus instans*. Longe plurima pars librorum praebet *terga fuga*¹ c. *praestantibus omnibus instant*, pauci (Vatic. 2810, 1657, Ottob. 2012) idem atque p. Hos sequitur in verbis constituendis Buecheler; sed recte qui novissimus exstitit editor, Weidnero magis arrisit, quod olim ex suorum librorum lectione *praestant instantibus omnes*² subtiliter Mercerius exculpserat *praestant instantibus ombis*. Quae coniectura iam fulcitur magis quam Leidensi 82³ pr. i. *orbes*, Palatino 1700 pr. i. *combis*. In eiusdem saturae v. 145 sic legitur *exercendis capiendisque artibus apti*; sed *capi* in P a m. 2 oriundum est. Quod primo Buechelero suspicionem movit adnotanti: 'fuit aliud verbum opinor ut *pariendis*'. Atque hoc ipsum scriptum inveni in praestanti illo Urb. 661; fortasse hoc quoque spectat Regin. 2029 *rapiendis* tradens. *Pariendis* ab ipso Iuvenale profectum esse vix quisquam negabit origine mendi ex antecedenti *capaces* manifesta. Idem Urbinas duobus locis Pithoeano sincerius verba poetae nobis servavit; exhibit enim X 359 cum Regin. 1828, Vat. 3286, libro bibliothecae Casanatensis A V 27 *quoscumque dolores*⁴ et VIII 148 *sufflamine mulio consul*, quod in florilegio Sangallensi repertum Buecheler verum agnovit Pithoeani manu prima non perspicua. Non iniucundum erat ex membranis discere, quomodo depravatio pro-

¹ *fugae* tertia fere pars membranarum Vaticanarum nec non antiquae ut Vat. 3192, 5204.

² sic Urbinas 661, Palat. 1701 et in marg. Laurentianus XXXIV 42.

³ vd. dissertationem meam *Apparatus criticus ad Iur.* p. 93.

⁴ Reginensis 1799 hoc versu *labores*, v. 361 *dolores*.

gressa esset. Urbinas¹, ut dixi, idem atque florilegium praebet, Vaticanus 2810 *suffl. multo consul* suprascripto *uel mulio*, liber bibl. Angelicae T 6, 17 *suffl. multo consul*, bibl. Vallicellanae E 31 item, sed prioribus verbis superpicto *b a*, ut illa transponenda esse scriba indicet, Palatinus 1708 *multo suffl. consul* addito in margine *vel nullio*², denique Ottobon. 2884 saec. XV *consul suffl. multo*, reliqui cum p, quod adhuc in libris impressis legebatur, *multo suffl. consul*.

Scholia adscripta, quantum vidi, fere nullius sunt momenti nec commentarii satis prolixii, qui in Urbinate 661 inde a fol. 62 sub Probi, in Urb. 664 sub Cornuti grammatici nomine feruntur maxima ex parte eidem. Ad illustrandam horum affinitatem partem *expositionis Cornuti super libros Iunii Iuvenalis*, quae verbum *togatas* (I 3) explicat, eligo additis in uncis discrepantiis Urbinatis 661:

Thogatae dicuntur romani quod [qui] thoga uterentur omnes uiri et mulieres, unde [unde et] thogatam gentem³ legimus. hoc autem distabat inter servos et dominos, quod servi non utebantur colobiis et nigris calceis sed albis. thogatas vero feminino genere uocauit eos [eos uoc.] propter luxuriam illius temporis ut virgilius⁴ o vere phrigie [frigae]: neque enim phryges [friges] id est non uiri sed femme. Comedie uero vel tragedie [Com. uel tragoe-diae] que a latinis scripte sunt thogate ideo dicuntur, quod preter vestis ipsius usum etiam a senatoribus utebantur diebus sacris sicut etiam [etiam et] grece comedie et tragedie paliate dicuntur siue a vestis ipsius usu sive etiam quia [quia etiam] illas plerumque uiri nobiles egere [egerunt]. Nam latinas legimus legisse lentulum et roscium [egisse rosc. et lent.] nobiles homines [hom. nob.]. Sed hic dicendo impune mihi recitauerit ille [ille mihi rec.] thogatas intelligi uult eum [non eum] latinas comedias scribere. thogatas enim ut supra diximus latinas comedias dicit. Satis iam hoc exem-

¹ v. 147, 151, 167 *lateranus* legitur; item in Vallic., sed in marg. ibi adscriptum est *damasippus*, in Angelicae codice *damasippus* ter exstat in rasura.

² Sic saepius in margine huius libri *manu mei Iohannis de pola ducatus Veneciaram scribe exarati vitia ex codice optimae notae emendantur, ut I 145 It in Et, VII 146 deducere-producere VIII 40 sanguine-stemmate 147, 151, 161 *damasippus-lateranus* 241 non-in al.*

³ Verg. Aen. I 282; cfr. et Iuv. VIII 49 codd. dett.: *gente togata*.

⁴ Aen. IX 617.

plum nullam intercedere rationem inter hunc Probum et illum, cuius commento Valla usus est, testatur¹. De Cornuto nonnulla protulit O. Iahn in praefatione Persii pg. CXVI sqq., quibus evincitur scholia Urbinatis 664 fere ad verbum concinere cum Laurentiano, quem vir doctus adhibuit, ut hunc ex illo vel potius ex Urb. 661² eius paene gemello manasse appareat: quae Iahn l. l. luci prodidit, etiam hic leguntur; quae ibi desunt³, ne hic quidem deprehendi. Interdum Laurentiano magis scholiastae Bernensi, ex quo primo nomen Cornuti innotuit, hic accedit, ut III 130 post subsecuntur pergit *Albina et media nomina sunt uiduarum diuitum*. III 190 post *nomina sunt civitatum* Cornutus attexit dicitur autem *preneste hoc est ab illicibus, que ibi abundant*, quod scholion mutilatum recte Probus sic refercit: .. *civitatum pluraliter inflexae*⁴; dicitur aut. p. a *potu prinu i. ab ilic.* eqs. VI 476 Cornutus: *Cosmete ornatrices a domina vapulent*; Probus: *Cosmetae proprie dicuntur ornatrices crinium dictae a comendo i. ornando. ponuntur pro ancillis*. Meo autem iure modo me addidisse 'vel potius ex Urb. 661' doceant scholia utriusque codicis ad V 29, ubi hic sic: *saguntum ciuitas est campanie, ubi infaustissimum bellum gestum inter annibalem et romanos. lagena autem hoc loco pro occatione posuit. orta in conuiuio qualibet occasione lite tam infausta pugna excrescit qualis fuit apud saguntum civitatem*; sed Urb. 664: *Saguntinam ideo dixit, quia Saguntini hispanie populi ab Hannibale obsessi cum auxilium a Romanis desperarent quorum sotii erant, coniuges liberos seque ipsos cum omnibus suis rebus combusserunt potius quam hannibali se dedere vellent*. Ceteros locos, ne nimis hic morer, describere supersedeo. Cum scholiis optimae notae fere nulla illis est affinitas; non ita dissonant, quae narrantur ad II 99 de Othono, IV 81 de Crispo, VI 638 de

¹ cfr. Stephan, *de Pithoeanis in Iuvenalem scholiis* p. 73.

² Non neglegendum est in hoc codice titulum Probi non ab eadem quamquam eiusdem fere aetatis manu oriri, qua commentum, cfr. Stephan l. l. Fortasse nomen illius hoc ex Persii scholiis irrepsit. Ceterum hic commentarius non ad eiusdem membranae textum conscriptus est, a quo lemmata abhorre haec saturae VII exempla satis arguant exhibentia 8 *arca* 146 *deducere* 166 *haec alii*, vd. pg. 287.

³ vd. ad III 132, 142, IV 154, VI 504, IX 37, XIV 241. scholion ad IX 37 exstat in Vossiano 64; vd. *Appar. crit. ad Iuv.* p. 99 adn. 1.

⁴ Leidensis S2: *Tybur oppidum est thusciae in latere montis situm. Unde ait proni i. devexi*; vd. et Zingerle, *Philol. Untersuchungen* IV p. 10.

Pontia; II 27 *Clodius quoque mocchus fuit, qui uxorem cesaris in templo corrupit et licet testimonio ciceronis gravatus sit, tamen absolutus est prorsus ex eodem fonte haustum est.* Ad bonam textus memoriam redit, quod in Urb. 664 legitur ad VIII 148 *stringit id est claudit ut mulio nec non doctam originem utriusque codicis scholion ad VI 8 prodit certe caelo toto Pithoeani explanationem absurdam superans: amicam catulli hic notat et carpit quae propter mortuum passerem edomitum flebat, quam ille nitebatur consolari unde et libellum ei de consolatione misit catullus. hinc marcialis passer deliciae mei catulli*¹.

Sed scioli fatui cerebrum patefacit, quod exemplum ex acervo satis grandi depromo, scholion ad VI 326 *nester proprium est illius temporis erniosi, quem pro quolibet ponit ernioso.* Cui cum adiecerim pauca alia ad illustrandam scholiastae, qui Probi nomen clarum sibi vindicat, rationem pretiumque, quod iam ex hoc agro carduis quam floribus uberiore decidere licet, mihi ipse gratulor: I 109 *pallas et licinus diuites fuerunt illo tempore, sed libertini erant ditiones. licinos appellat diuites a licino, qui diues fuit, cuius nomine palatum nuncupatur. isti illi tempore nobilissimi erant.* 131 *non licebat ante vultus imperatorum mingere. sub vespasiano scurra in termis vestitus ingressus est cum imperatore, a quo cum ille quaereret, cur id fecisset, nescio quis, inquit, ante imaginem tuam se nudavit et in carcerem missus est. quid de me facies, dicit, si ante te me nudavero? tunc ille iussit hanc legem tolli.* IV 147 *gethi sunt gothi populi misii, in quibusdam codicibus legitur Gratus, gratae autem sunt scothi. V 72 artos panis, copus labor, hinc artocopus panis operator i. pistor.*

In codice Vaticano-Urbinate 342 Iuvenalis saturis duo folia adnexa sunt diversis manibus saeculi XI trinis quae vocantur columnis exarata, quorum unum continet Ovidii met. V 483—VI 45, alterum eiusdem operis vv. VII 731—VIII 104. Priusquam collationem ad editionem, quae a. 1872 auctore Alexandro Riese prodiit, factam omissis levioribus discrepantiis² propono, praefandum est prioris schedulae paginam rectam multoque magis alterius paginam versam maxime in columna prima, quae vv. VII 851—VIII 23

¹ Sic etiam in Vatic. 3288, 5204, Ambrosiano S. 53 sup.; in Urb. 342 incipit: *Catulli uxorem significat quae habuit passerem domesticum valde carum, quem mortuum diu flevit, quam ille eqs.*

² Interdum, ubi codices M et L discrepant, ne quis caecis oculis erret, lectionem, quam Riese in textum recepit, attuli.

complectitur, turpi temporis iniuitate ita deformatas esse, ut partem lectionum situ ac dedecore evanidam dispicere non potuerim.

V 484 *Sidera cui* 486 *Tricietis* 488 *Rorantique* — *ad oras* postea expunctum 496 *sola*, corr. m. 2 498 *sim uitantique* 499 *Adueor* 509 *ut auditas* 515 *nullè gr.*, corr. m. 2 519 *turpus et aut suprascripto uel certius* 520 ante *scire verbum erasum est a Q incipiens* 524 *si om.* 525 *hoc supraser.* 529 *forte*, corr. m. 2 532 *federa tantum//*, corr. m. 2 533 *ceteri*, corr. m. 2 — *est supraser.* 535 *hostis*, corr. m. 2 537 *Spumptaque* corr. in *sumptaque* 539 *ophe* corr. in *ophne* 541 *siluis — atris* 543 *pestemque profanam* supraser. *uel testemque profanum* 545 *mittit*, corr. m. 2 546 *subit habitus f. am. et alis* Post 550 unus v. *scriptura caret*, item post 563, 641, 661. 551 *mereri* 555 *docte supraser.* *uel nrie* (?) 558 *alarumque i. remis*, corr. m. 2 559 *Optatis*, corr. m. 2 — *deo* 561 *Nec — calor*, corr. m. 2 566 *dea nomen c. deorum, regnorum* add. m. 2, *quaes numen et duorum* corr. 568 *exemplio in extemplo* corr. suprascripto *uel ex illo* 570 *fons supraser.* 569 *poteras*, corr. m. 2 570 *et quosis*, corr. m. 2 577 *achia primo in achiade*, tum in *achaide* corr. 580 *forma suprascriptis quattuor vel quinque* verbis, *quorum haec tantum cognovi uel nunquam et est* 581 *Quenuis*, corr. m. 2 587 *uertice supraser.* *origine* 588 *Persp. usque ad* 589 *erat omnis*, corr. m. 2 598 *margine fontis* 605 om; inseruit m. 2 608 *Mac_mnaliisque* 614 *praecedere supraser.* *uel currere* 616 *tegebat supraser.* *terrebar* 617 *Crinalis*, corr. m. 2 619 *Armierae diana* 621 *undam supraser.* *i. nubem* 626 *est om.* 627 *lupus* 634 *locus* 641 *Orta supraser.* *Grata* 644 *aera supraser.* *aethera* 645 *Atque supraser.* *uel inde* 647 *hunc in humo corr. — tempore l. reculta* 649 *auertitur* 651 *Quid* 652 *dare michi*, corr. m. 2 657 *actor*, corr. m. 2 658 *recepit* 665 *iacerent supraser.* *facerent — dixi* 668 *sequamur* corr. in *sequimur* 669 *enipides supraser.* *filiq enippes* 670 *oculis magno supraser.* *loqui* 675 *Dumque v. pl. p. brachia nota* supraser. *mota*.

PERSONAE LIBER V EXPLICAT Incipit VI

VI 1 *tritiona* 3 *laudaremur et ipsa* 5 *arano supraser.* *araches* 6 *lanibus*, corr. m. 2 7 *neque* 8 *edmon* 13 *hypaedis* 17 *facta*, corr. m. 2 21 *mollebat*, corr. m. 2 26 *aitnum* 27 et 28 *inverso ordine*, corr. m. 2 30 *tibi om.* 31 *In mort.* 34 *incepta* (*que add. m. 2 reliquid* 35 *manus* (*s a m. 2*) 36 *resecuta//est* 40 *consiliu* (*corr. m. 2*) *uoces supraser.* *satis est*.

Hoc fragmentum proxime abstare a codicum classe, quam

Riese littera A notabat, ne obliquo quidem lumine intuentem fugere potest nec minus primo aspectu elucet fluxisse harum reliquiarum librum ex eodem fonte, unde Mediceus derivatus est, vd. V 499, 509, 513 (*passis*), 516 (*neu*) 598, 621 (*spissisque*) 631 (*ulla*), 652, 675, VI 28 (*tum*). Nil contra hunc consensum facit V 558 *remis* et 576 *elei*, ubi cum L concinit; nam illo exemplo *pennis* in solum M irrepsit sive ex v. 560 sive, ut hic *alphei*, ex *glossa*.

Sed ad alterum vertamus fragmentum, cuius versus saepius a librariis non usque ad calcem perducti sunt; sic desinit VII 739 post nocte *loquen*, 741 *male*, 751 *Hoc* (*sic*), 756 *cernis ha*, 761 *Immemor*, 762 *immittitur*, 764 *Rurige*, 768 *illa*, 793 *quod*, 795 *dolo*, 796 *referam*, 800 *meo*, 801 *quae ca*, 802 *erat*, 803 *Sole fe*, 804 *Venatum*, 809 *gelidis*, 810 *petebatur*. Iam vide collationem:

VII 731 *tristis* — *calebat* 735 *Rettulerint* — *dixerim* 736 *ubi cumque uni* 739 *nocte loquen* 740 *tandem om.* 741 *Exclmo male* 743 *Nil illa tac. t. v. pure* 751 *Hoc* 752 *dulcis* 753 *se om.* — *dedisse* 755 *superabat* 756 *quod cernis* 758 *mirandum — fati* 759 *naiades* 760 *Solvitur ingentis* 763 *Cessit et exitio multis* 768 *quos* 769 *et ceterum non* 771 *pugnac* 772 *ipsa ipsa sibi colloque memorantia* 776 *exutae contorcor* 777 *corniaco* (*cortin. m. 2*) — *exitit* 779 *Tollor cum cap. nouis* 781 *Uulnera* — *calli derecto* 783 *reddit* 785 *exercet rasa c* — *motus* 787 *addere* 789 *et medio* 790 *latra reputares* 791 *ambo* 794 *si* 797 *Tempora aecidae* 803 *Soleue supraser. f* 805 *metum famulis n. equis* 806 *nod. solebant* 807 *sauciata* 809 *Equae* 814 *reuelare* 816 *magna* 817 *sim* 818 *loca om.* 819 *capiatur* 822 *nomen aurē usepe uocatus* (*uocatum m. 2*) 822 *putans mihi credit amori* 823 *exemplo facti* 826 *mihi* 828 *fide squesta* 831 *sperasse* 832 *Indiciique fide* 834 *detulerant auroram l. noctem* 835 *siluas que* 836 *dixit* 837 *uidetur* 838 *dicens* 839 *facientem* 844 *Semianimen VIII* 34 *ora premebat supraser. regebat* 46 *numquam mihi* 49 *regum* 50 *ipsa* 52 *insistere* 54 *artes supraser. uel arces* 57 *mtis* *supraser. uel multis* 58 *placido supraser. uel certe — pernoto*, corr. m. 2 59 *Et causasque* 60 *verba textus evanuerunt; suprascriptum legitur uel et puto uincemur q* 61 *reserat suprascripto uel reseret* 63 *Incessaque sui* (*i* in ras.) — *cruorem supraser. uel cruoris* 64 *Non* 77 *neque ex nec; in* supraser. 79 *ille supraser. uel illa* 85 *uitali* 87 *om.; inseruit m. 2* 90 *Spasit*, corr. m. 2 — *gloria supraser. uel regia* 91 *patriaeque* 103 *impleri supraser. uel impelli* 104 *mare supraser. uel nare.*

Comparatis his lectionibus cum Mediceo varia invenitur ratio; nam fragmenta cum eum sequantur VII 741, 760, VIII 52, 59, 63, 85, 87, 90, 91, huic codici refragantur atque a parte Laurentiani stant 736, 756, 816, 822, 823, (832), 835. Quomodo hanc inconstantiam expediemus? Vide quae coniectura mihi se obviam tulerit. Cum vv. VII 811—850¹ in eadem paginæ rectæ columnæ eaque, quæ margini exteriori proxime adstet, legantur, iam membranam, ex qua codex noster fluxit, eandem atque hæ schedulæ effigiem tripartitam præbuisse ita ut etiam iidem versus columnas efficerent, suspicor². Quod si verum est, etiam ibi versus prope marginem scripti erant, in quem cum librarius lectiones codicis Laurentiano haud dissimilis adiunxisset magis, quam in ceteris columnis, perspicuis litteris pictas, hæ mox textui obtrusæ verba antiqua eiecerunt. Cuius rei quod in reliquis versibus nullum detegatur vestigium, extera illius archetypi condicione facile explicatur, quem verbis ut videtur cohaerentibus³ exaratum oculos scribarum valde distorsisse permultis calamis mendis magis versus non perscripti, cum nulla sit causa in ipsis plagulis, confirmant. Sed sive huic sententiae subscribis sive contaminationem iam in parente huius codicis ortam ponis, certe liber, cuius hi pauci versus servati sunt, Mediceo non cessit neque aetate neque pretio inferior, vd. VII 731, 736, 756, 817, 822 al. Quod iudicium crebri errores dormitanti scribæ debiti non labefactant. Etiam quae VIII 103 exstat varia lectio, impelli ab ipso poeta profectam cum Ciofano, Heinsio, Burmanno, aliis putem: num classis retinacula prius solvuntur, quam nautae naves ascenderunt? Neque est, cur in dictione offendas, cfr. ipsius Ovidii verba her. III 153 *impellere remige classem*; vd. et Verg. g. I 254, Luc. III 526, Sil. I 568, Val. Fl. I 340.

De codicis Ottoboniani 1031 fragmentis Terentii, Senecæ, Prisciani omnia, quæ scitu digna sunt, iam præcepit O. Rossbach, *De Senecæ philosophi librorum recensione* p. 77, itaque in Prisciano GLK III p. 421, 5 hic recte legi *iugabis* annotasse sat habeo.

In codice Monacensi 6292 (Frisingensi 92) summi ad Tibul-

¹ Vv. 736 et 756, ubi schedulæ verum cum L exhibent, non in censem veniunt; ibi scriba Medicei suo arbitrio peccavit.

² Exempla talis concordiae accuratissimæ dat Beer *Spicilegium Iuvenalianum* p. 31.

³ vd. malam distinctionem VII 781 et 790.

lum et Syrum pretii f. 113—116 exstant DE LIBRO LVCANI PROUERBIA. Cum codicis saeculo X/XI scripti aetas fere nihil distet ab membranis totam Pharsaliam continentibus, non ingratu munere me functurum esse spero, si hos quoque versus publici iuris faciam adiectis lectionibus, quae ab editione Bipontina anni 1783 dissentiant:

I 2 *Ius datum sceleri*, 6 — *nefas*, 15—18 (18 *Astr. scytico glatialem*), 32 *Sedent*, 37 *Scelera* — 38 *placent*, 67 *Fert animus*, 70 — *series*, 81 — *ruunt*, 87, 92—93 *erit*, 98, 106, 120 *Stimulos virtus*, 125 *Non q.* — 126 *parem*, 127 *Magno* — *tuetur*, 129 *Non c. pares*, 135 *Stat* — *umbra*, 144 *Nescia* — 145 *loco*, 146—147 *manum* (146 *quoque et ira*), 149 *Impellens* — 150, 165 *Foecunda* — 166 *fugitur*, 171, 181 *Usura* — *foenus (tempore)*, 193 *Riguere comae*, 202 *Miles* — 203 (*ille alt. deest*), 214 sq. *Rubicon gallica certus* — 216, 226, 227 *Utendum* — *bello*, 229 *Torto* — *fundae*, 231 *ignes* — 232, 238, 243 *scabros* — *enses*, 246—247 (246 *al-ligat* 247 *tacitos muto*), 250 *nos* — 251 *sumus* (250 *furentis*), 258 *uox* — 259 *credita*, 264 *iustos* — 265, 277 *Leges* — *coactae*, 281 *semper* — *paratis*, 282, 288 — *negat*, 298 *uultu* — *iussit*, 313 *No-mina* — *catones*, 331 *nullus* — 332, 348 *arma* — 349 *negat*, 352 *Dubium* — *fremit*, 361 *lenta* — *vires*, 372, 376—378, 423 *Sassones*, 425, 452—453 *nesc. datur*, 466 *Uires* — 467 *fecere*, 469, 472 (*praecordia*), 484 *quisque* — *fumae*, 490 *quae tuta* — 491 *Incerti*, 509 *ruit inrev. vulgus*, 510—511 *Difficiles*, 555 *Summumque impl. atl.*, 605 *effusam* — *urbem*, 621 *tabe i. mad.*, II 125 *tribunitio* — *tabo*, I 634 *non* — 635 *metu*, II 251, 326 (*pallente*), 380 *Haec* — 383 (381 *finesque* 383 *toto*), 417 *Stagnaret*, 511 (*Scit caesar suprascriptio inquit*), 592 *Cappadoces*, 681 *curis* — *angit*, 719 *Statura*, III 118—119 *amor*, 152, 448 *Servat* — *nocentes*, IV 220—221 *erit*, III 58 *nescit* — *timere*, IV 398—399 *fauor*, 482—483, 503 (*fors i. laudis*), 704 *Variam* — *mentem*, 730 — *fortuna*, 777 *Spis-santur*, V 26 (*sequentur*), 29 *non* — 30 *solo*, 260 *Quicquid* — *est*, 274 — *parum est?*, 290 *facinus* — *aequat*, 322—323 (322 *Detigit* — *animas*), 336 *Si* — 337 (337 *quae*), 338—339 *aquis* (338 *des-cenderet*), 380 (*Apulus hadr.*), 491 *in* — *uota*, 494 *Iam* — 495 *est*, 527 *O* — 528 *lares*, VI 147 — *nefas*, 385, 757 *Distento* — 758 *nudantur*, 773 *Da n. rebus*, VII 104 *multos* — 105 *mali*, 238, 240 — *moraes*, 247 — *dubio*, 784 *Quantum* — *donat*, 791 *Tabem*, 818—819 (*fortuna*), 839 *Tabes*, VIII 31 *quisquamne* — 32, 72, et 74 *Frangis*, 143 *uotorum extr. m.*, 159 (*dimissus*) — 161 *erat*, 165—166, 175 (*inocciduis*, *tum corr.*), 242—243 *agit*, 279 *curarum*

— 280 (*archana — Exponam*), 282, 385—386 *gladiis*, 395 sq. *Mors u. poena non met. uiris*, 452 *mitissima* — 453 *novo*, 454 *Quantum sors* — 455 *habet*, 467—469 (*dampni*), 484 (*ptolomee*), 485—486 *premit* (*inquit om.*), 487 *Sydera* — 488 (*et flamma*), 489—490, 491, 492 *facere* — 493 *cum* (*sic*) *facis*, 494 *Virtus* — 495 *semper*, 495 *metuet* — *pudebunt*, 522 *rapimur* — *feruntur*, 535, IX 188 *Quam* — 189, 196 (*alterum uoluit om.*), 246 — *miseris*, 371 *Impaciens* — *catonis*, 402 *Serpens* — 403, 404, 499 *manant* — *artus*, 563, 578 — 579 *uirtus* (*Estque*), 580, 583 *Pauido f. cauendum est*, 622 *Uulgata* — 623 *saecula fama*.

Adnumerandum esse florilegium codicum familiae, quae manui emendatrici Pauli Constantonopolitani originem debet primumque locum inter membranas poetae tenet, suppeditante mihi apparatu critico a v. cl. Usenero benigne concesso pronuntiare iam possum, quamquam pauca vestigia alterius recensionis Vossiano, quem dicunt primum, repraesentatae fert, ut eum cum Vossiano II, cuius similis est ratio, aequo loco et numero haberi velim. Cum Montepessulano, qui effigiem sinceram stirpis Paulinae reddit, concinunt excerpta I 18 (Vossianus I: *schyticum glaciale*), 181, 423, 453 (Voss.: *datum est*), II 381, 383, IV 399 (Voss.: *pauor*), 503 bis, VIII 280, 488, IX 580 (Voss. bis: *quocunque*) et ubi ceteri omnes adversantur, 583. Contra cum Vossiano I faciunt: I 247, V 290 (Mont.: *quod*), VII 818, VIII 385 (Mont. om. *est*), 455 (Mont.: *habes*), IX 499 (versum om. Mont.), 578 (Mont.: *acter*), 623; sed omnibus his praeter primum et ultimum locis etiam Vossianus II huic assentitur. Denique VIII 454 *sors* etiam in Gemblacensi exstans patronum accepit Bentleium. Lectiones propriae ab eo, qui excerpta ita composuit, ut sensus sententiae e contextu erectae per se planus neque ulla difficultate obstructus esset, ortum traxerunt. Itaque singulare momentum his floribus non inest nisi ad propagationem Lucani illis medii aeui saeculis amplius demonstrandam.

Poetam epicum primi saeculi excipit posterioris aeui scriptor eodem poeseos genere haud ignobilis, Claudi anus, cuius excerpta post Ieep¹ paucis absolvere licet. Qui vir doctus eorum ordinem non perspexit partim mendis typographi deceptus partim variis locis conturbatus. Sed correctis XXIV 457 in XXVI 457 et XV 492 (*Caligo*) in XVIII 492 si *Strimona* ex XXVI 178,

¹ *Mus. Rhen.* XXIX p. 74 sqq.

Redimila ex XX 528, *Pactolus* ex XX 172, *Suffragia* ex XVIII 438 deprompta esse statuimus, iam recto ordine is, qui flores excerpit, inde a III 29 usque ad XV 498, ubi singula verba incipiunt, progressus ab hoc quasi vertice eodem tenore pedem retro tulit sententiis in calce et initio paululum confusis. *Profanas* et *Cannunt* regulae repugnare videntur; sed in hoc erravit Ieep, nam codici inest *Cānuit*¹, quod XXVI 35 extans agmini bene se inserit; *profanas* autem XV 426 aptissimo loco etiam in Bruxellensi, quem ex communi fonte derivatum esse Ieep vidit, pro *pronasque* legitur.

Claudiano succedit Tibullus², tum f. 118 MARTIALIS E XENIORVM. Collationem feci ad Schneidewini editionem minorum (a. 1881).:

I 70, 3 *Castora*, 76, 14 *Cathedras*, 78, 1 *Tabida*, 85, 1 *Facetus*, 87, 3 *Lentacula*, 98, 1 *Litigat*, *Podagra*, 91 *Cum — ede tua*, 98, 1 *Diodorus*, 103, 11; 105, 1 *Ovidius*, 107, 7; 112, 1—2, II 3 *Nichil debes n. debes fatemur D. e. s. q. s. uera potest*, I 113, 6 *Nugis*, II 8, 7—8; 7, 3—8 (5 *saltas et cantas* 8 *hardalio*), 14, 7 *Memphitica* 14, 15 *Buxeta*, 18, 8 (*postume*), 29, 8 *Aluta*, 40, 3—4 (3 *S. nunc crassi tenduntur* 4 *miluum*) 80, 2; 93, 4; IV 73, 3 (IV 54, 9) *Pensa*, III 30, 3, *Pensio*, 36, 4 *Lūtum* 36, 5 *Sērius*, 46, 4 *Lectica*, 45, 6; V 38, 5 *Polluce*, III 49, 2; 50, 3 *Sōlēas*, 50, 4 *Ox̄igarum*, 50, 8 *Putida*, 57, 1 *cōpo*, V 19, 5 *Quātinus*, III 60, 1—4 (1 *uocor* 4 *mutilus*), IV 5, 8 *Glaphirus*, III 60, 5—6; IV 20, 4 *Pūtidula*, III 60, 7—8; 61, 1—2; V 16, 5 *Falcifer*, III 63, 14 (*cottile*), IV 7, 1 (*hile*), III 77, 5—6 (*allece*), 85, 4 *Dēiphobus* (e alt. suprascripto o), IV 20, 1—2; 19, 5 *Cēroma*, 19, 6 *Arpasta*, 18, 6 *Tabuit*, 18, 7; IV 51, 2 *Exāphōron*, 27, 5; 8, 12; 66, 4 *Sintēsis*, 13, 3 *Cinnāma*, 66, 8 *Cădus*, 68, 2 (*an ut uidear*), 73, 6 *Tetricas*, 80, 3 *Emitreteus*, 76, 2; 80, 1—2 *sanus* (*frenesim*), V 16, 1; 30, 1 *Sophocleo coturno*, 22, 13; 38, 1 — *cen-sum*, 40, 1; 49, 11 *Gerionem*, 52, 3—4; V 62, 5 *Culcita*, 57, 1—2 (2 *meum*), 59, 3; 66, 2 *Aeternum vale*, 71, 3 *Cleoneo leone*, 81, 1—2; 83, 1—2; VI 27, 9; 35, 6; ? *Cogula*, 44, 1—2, II 79, 2 — *rogome*, VI 44, 3—4; II 76, 2 *Hic — dedit*, V 42, 1—2; III 59, 1 (s. VI 85, 5) *Bōnōnia*, V 42, 3—4; ? *Paradoxus*, V 42, 7—8; 52,

¹ Linea super a ducta hic signum syllabae longae est, cfr. excerpta Martialis.

² vd. L. Mueller, praef. editionis p. VIII.

7—8; 58, 1—8 (3 petendum est 4 armeniosue 7 Cr. uiues uiuis hodie iam vivere tard. est 8 here).

Haec excerpta ex duabus collectionibus consuta sunt, quarum una singula verba¹ complectebatur ad prosodiam ut videtur docendam composita serie iusta non semper servata, altera sententias integras exhibebat; quod cum harum ordo, qui vocabulis illis sublatis, si librum IV paululum confusum non nimis presseris, recte procedit, tum disticha carminum III 60 et V 42 interiectis verbis separata atque interrupta aperte demonstrant. Quae post VI 44 secuntur, novae disquisitionis fructus videntur². II 7, 7 florilegium ceteris membranis omnibus praestare Schneidewin prolegg. editionis maioris p. LXVII agnovit; reliquae lectiones sine pondere sunt³.

Duisburgi.

Carolus Hosius.

¹ Huc quoque trahendum est V 30, 1 *Sophocleo coturno*.

² Idem in fine florilegii Claudiani factum esse suspicari licet.

³ Iam omnia huius codicis excerpta praeter Horatiana, quae Martialem continuant, satis ampla edita sunt; vd. etiam *Appar. crit. ad Iuv.* p. 102 et *Mus. Rhen.* XLIII p. 501.